stis afflictionis eorum. Secundum numerum enim ciui-  
tatum tuarum erunt diei cui iuda, et secundum numerum  
rum viarum tuarum hierusalē posuisti aras consi-  
fusionis aras ad libandum baalim. Tu  
ergo noli orare pro populo hoc, et ne as-  
sumas pro eis laudem et gloriam quia  
non eraudiā in tempeste clamoris eorum ad  
me in tempore afflictionis eorum. Quid est quod  
dilectus meus in domo mea fecit scle-  
ra multa. Numquid carnes sancte aufe-  
rent a te malicias tuas in quibus gloria  
ta es. Oliuā ubere, pulchra, fructiferam  
speciosam vocavit dominus nomen tuum. Ad  
rotem loquele grandis exaruit ignis in  
ea, et cōbusta sunt frumenta eius. Et dominus  
exercituum qui plantauit te locutus est su-  
per te malum, pro malis domus israel, et  
domus iuda que fecerunt sibi ad irritan-  
dum me libantes baalim. Tu autem domine  
demonstrasti mihi et cognoui tu ostendisti  
mihi studia eorum, et ego quasi agnus mansuets  
qui portat ad victimam. Et non  
cognoui quod cogitauerunt super me cōsilia  
dicentes, mittamus lignum in panem eius  
et eradamus eum de terra viuentium, et no-  
men eius non memorem amplius. Tu  
autem domine sabaoth qui iudicas iuste et pro-  
bas renes et corda, videam ultionem tuā  
ex eis. Tibi essi revelari causam meā.  
Propterea haec dicit dominus ad viros ana-  
thon quod querunt aiam tuā, et dicunt. Non i-  
pphetabis in nomine domini, et non morieris  
in manib⁹ nūs. Propterea haec dicit domi-  
nus minus exercituum. Ecce ego visitabo su-  
per eos. Juuenes morientur in gladio, si

si eorum et filie eorum morietur in fame et  
reliquie non erunt ex eis. Inducam enim  
malum super viros anathor, annū visi-  
tationis eorum.

XII

Vultus quidem tu es domine si dispu-  
tem tecum, veruntur iusta loquar  
ad te. Quare via impiorum perpe-  
ratur. Ibi est oīb⁹ quod puericantur et iniq-  
uitas agitur. Prosternunt eos et radice miserunt, per-  
ficiunt et faciunt fructus. Prope es tu ori-  
eorum et longe a renibus eorum. Et tu domine no-  
sti me, vidisti me et perfecisti cor meum tecum  
Congrega eos quasi gregem ad victimam,  
et sacrificia eos in die occasionis.  
Uigil q̄ lugebit terra, et herba omnis regio-  
nis siccabitur propter maliciā habitantium  
in ea. Consumptum est animal et volucere  
quoniam dixerunt, non videbit nouissima nostra.  
Si cuius pedibus currere lavastis, quoniam  
contendere poteris cum equis, Cum autem  
in terra pacis secura fueris quid facies  
in superbia iordanis. Nam et fratres tui et  
domus patris tui, etiam ipsi pugnauerunt  
aduersum te clamauerunt post te plena  
voce. Ne credas eis cum locuti fuerint tibi  
bona. Reliqui domū meā dimisi her-  
editatē meam. Dedi dilectā aiam me-  
am in manū inimicorum eis. facta est mihi  
hereditas mea quasi leo in silua. De-  
dit contra me vocē, ideo odiui eā. Numquid  
auis discolor hereditas mea mihi. Num  
quid auis tincta per totū. Venite cōgre-  
garni omnes bestie terre, proferate ad te  
uoradū. Pastores multi demoliti sunt  
vinea meā, conculcauerunt partes meā  
Dederunt portionē meā desiderabile in  
desertū solitudinis posuerunt eā in diffi-  
cationem, luxuriantur super me. Desolatōne  
desolata est omnis terra quod nullus est quod re-  
coget corde. Super omnes vias deserti ve-  
nerunt omnes vastatores terre, quia gladii  
domini deuorabit ab extremo terrae usque ad  
extremū eius. Non exceptus uniuersus carnem  
seminauerunt triticū et spinas messue-  
runt. hereditatē accepit, et non eis puderit  
consuēdem a fructibus vīis propter iraz  
furoris domini. haec dicit dominus aduersus omnes  
vicinos meos pessimos qui tangunt her-

tū

reditatē quā distribui p̄plo meo israel.  
Ecce ego euellā eos de fra sua. et domū  
iuda euellā de medio eoꝝ. Et cū euulſe  
ro eos cōuertar et miserebꝝ eoꝝ. et redu  
cā eos vītū ad hēditatē suā. et vītū i ter  
rā suaz. Ecce si erudit̄ didicerint vi  
as pp̄lī mei ut iurent in noīe meo viuit  
dñs sicut docuerūt pp̄lī mēn iurare in  
baal. edificabuntur in medio pp̄lī mei.  
Qđ si nō audierint. euellā gentē illam  
euulfione et pditione ait dñs.

**XIII**  
Ecce dicit dñs ad me. vade et pos  
h fide tibi lūbare lineū. et pones  
illud sup lūb̄s tuos. et in aquā  
nō iſeres illud. Et possedi lūbare iurta  
verbū dñi. et posui circa lūb̄s meos. Et  
factus ē fmo dñi ad me secūdo dices:  
Tolle lūbare qđ possedisti qđ ē circa lū  
b̄s tuos. et surgens vade ad eufratē et  
absconde illud ibi in foramie petre. Et  
abi⁹ et abscondi illud in eufratē sicut p̄  
cepit mihi dñs. Et factum ē post die  
plurimos dixit dñs ad' me. Surge et  
vade ad eufratē et tolle inde lūbare qđ  
p̄cepi tibi⁹ abscodere illud ibi. Et abi⁹  
ad eufraten et fodi. et tuli lūbare de loco  
vbi abscoderam illud. Et ecce cōputru  
erat lumbare. ita ut nulli vīlī aptum  
esser. Et factuz est verbū domini ad me  
dicens. Hec dicit dominus. Sic pu  
trecere faciam supbiam iuda et supbiā  
hierusalem multā. pp̄lī istuz pessimū.  
qui nolūt audire vība mea et ambulant  
in prauitate cordis sui. abieſtq̄ post te  
os alienos ut seruirēnt eis et adorarent  
eos. Et erūt sicut lūbare istud qđ nulli  
vīlī aptū ē. Sicut em̄ adheret lūbare  
ad lumb̄s vīti. Sic agglutinaui mihi  
oēm dñm isrl' et oēm dñm iuda dicit  
dñs ut essent mihi in pp̄lī et in nomē  
clī laudē et in gloriā et non audierunt.  
Dices ḡ ad eos ſimonē istū. Hec dicit  
dñs deus israel. Omnis lagūcula im  
plebit vīno. Et dicent ad te. Nunquid  
ignoramus ar omnis lagūcula imple  
bitur vīno. Et dices ad eos. Hec dicit  
dñs. Ecce ego implebo oēs habitatores  
terre huius et reges qui sedent de stirpe

david sup thronū eius. et sacerdotes et  
prophetas et omnes habitatores hierlm̄  
ebrietate. et disp̄gaz eos vīz a fratre suo  
et patres et filios parit ait dominus. nō  
parcam et non concedam. neq; misere  
bꝝ vt non dispergam eos. Audite et au  
rib⁹ p̄cipite nolite eleuari. qđ dominus  
locutus est. Date dño deo vīo gloriam  
anteq̄ cōtenberescat. et anteq̄ offendat  
pedes vīi ad mōtes caliginosos. Expe  
ccabitis lucem et ponet eam in vmbra  
mortis et in caliginem. qđ si hoc nō audi  
eritis in abſcōdo plorabit anima mea  
a facie superbie. Plorans plorabit et de  
ducet oculus meus lacrimam. qđ cap⁹  
est ḡrex dñi. Dic regi et dñatrici. Humi  
liamini sedete i terra qm̄ descendet de  
capite v̄stro corona glorie v̄stre. Liui  
tates austri clause sunt. et non est q̄ ape  
riat. Translata est omnis iuda transmi  
gratione perfecta. Lenate oculos v̄ros  
et videte. qui venitis ab aquilone. Ubi  
est ḡrex qui datus est tibi. pecus inclitū  
tuū. Quid dices cū visitauerit te. Tu  
em̄ docuisti eos aduersum te. et erudisti  
in caput tuū. Nunquid non dolores ap  
prehendent te quasi mulierē parturiē  
tem. qđ si dixeris in corde tuo q̄ re v̄ne  
rūt mihi hec. Prop̄f multitudinē iniq  
tatis tue reuelata sunt verecūdiora tua  
pollute sunt plāte tue. Si mutare pōt  
ethiops pellem suam aut pardus vari  
etates suas. v̄ros poteritis b̄ſfacere cū  
didiceritis maluz. Et disseminalu eos  
quasi stipulam que vēto raptatur i de  
serto. Hec sors tua parsq; mensure tue  
a me dicit dñs. qđ oblita es mei et confi  
sa es in mēdacio. Unde et ego nudaui  
femora tua h̄ faciē tuā. et apparuit igno  
minia tua adulteria tua et hinnitus tu⁹  
scelus fornicationis tue. Super colles  
in agro vidi abominationes tuas. Cle  
tibi hierlm̄. Non mūdaberis post me.  
Uſciquo adhuc.

**XIII**  
Clos factū ē vībū dñi adhiere  
q miā de sermonib⁹ ſiccitat⁹. Lu  
rit iudea et porte eius coruerūt  
et obscurate sunt in terra et clamor hies

# Hieremias

rusalem ascēdit. Maiores miserūt mi-  
nores suos ad aquā. venerūt ad hauriē-  
dum. Non inueniēt aquā. reportau-  
runt vasa sua vacua. Confusi sunt et af-  
flicti. et operuerunt capita sua ppter va-  
stitatē terre. quia nō venit pluuiā in  
terrā. Confusi sunt agricole operuerūt  
capita sua. Nā et cetera in agro peperit et  
reliquit. qz nō erat herba. Et onagri ste-  
terūt in rupibz. traxerunt ventum qua-  
si dracones. de ecerūt oculi eoz qz non  
erat herba. Si iniquitates noſtre rñde-  
rint nobis. dñe fac ppter nomē tuum.  
qm multe sunt auerſiones nře. Tibi  
peccauimus expectatio iſi. saluator nē  
in tpe tribulationis. Quare qz si colon?  
futurus es in terra. et quasi viator tecli-  
nans ad manendū. Quare futurus es  
velut vir vagus et fortis. qui nō potest  
saluare. Tu aut in nobis es dñe. et no-  
men tuū inuocatū est sup nos. ne dere-  
linquas nos. Hec dicit dñs pplo huic  
qz dilexit mouere pedes suos et nō queuit  
et dño nō placuit. Nūc recordabif iniqui-  
tatū eoz. et visitabif peccata eoz. Et di-  
xit dñs ad me. Noli orare p pplo isto in  
lonū. Cu ieiunauerint non exaudiam  
preces eoz. et si obtulerint holocausto/  
mara et victimas nō suscipiā ea. qm gla-  
dio et fame et peste ego consumā eos. Et  
dixi. A.a.a. dñe deus. Prophete dicunt  
eis. Nō videbitis gladiū et famē non  
erit in robis. sed pacē veram dedit rob  
in loco isto. Et dixit dñs ad me. Falso  
pphete yaticinat in noſte meo. Nō mis-  
si eos. et nō pcepit eis neqz locutus sum  
ad eos. Clitionem mendacē et diuina-  
tionē fraudulentā et seductionem cor-  
dis sui. pphetant robis. Idcirco hec di-  
cit dñs de pphetis qui pphetant i noſte  
meo quos ego nō misi. dicentes. gladiū  
et famē nō erit in terra hac. In gladio  
et fame cōlument. pplexi illi et populi q  
bus pphetāt erunt proiecti in vīs hie-  
rusalem p fame et gladio et non erit qui  
sepeliat eos. ipi et uxores eoz. filii et filie  
eoz. et effundam sup eos malū fūtū. Et  
dices ad eos verbum istud. Deducant

oculi mei lacrimam per noctem et diem  
et non taceant. quoniam cōtritione ma-  
gna conſita est virgo filia populi mei.  
plaga pessima rehenerēter. Si egressus  
fuerō ad agros ecce occisi gladio. et si in  
troiero in ciuitatez ecce attenuati fame  
Prophete quoqz et sacerdotes abierūt  
in terrā quā ignorabāt. Nūquid proiec-  
tens abieciſti iudā. aut sion alē minata  
ē anima tua. Quare ergo pcustiſi nos  
ita ut nulla sit sanitas. Expectauimus  
pacem et non est bonū. et tempus cura-  
tionis et ecce turbatio. Logouim? do-  
mine impietas noſtras. iniquitates  
patrū noſtrop quia peccauim? tibi. Ne  
des nos in obprobriū propter nomē tu  
um neqz facias nobis ptumeliā. Soli  
glorie tue recordare. ne irritū facias fe-  
dus nobiscū. Nūquid sunt in sculptili  
bus gentiū qui pluant. aut celi pñt da-  
re imbrez nisi tu volueris. Nōne tu es  
dominus deus noſter quem expectaui-  
mus. Tu em̄ fecisti omnia hec. XV

E dixit dñs ad me. Si steterit  
moiſes et samuel corā me. non  
est aia mea ad pp̄lm istū. Ejce  
illos a facie mea et egrediantur. qz si di-  
xerint ad te. quo egrediemur. dices ad  
eos. Hec dicit dñs. Qui ad mortē. ad  
mortē. et qz ad gladiū ad gladiū. et qui ad  
famē ad famē. et qz ad captiuitatem ad  
captiuitatē. Et visitab sup eos quatuor  
species dicit dñs. Gladiū ad occisio-  
nem. et canes ad lacerandū. et volatilia  
celi et bestias terre ad deuorandū et dissi-  
pandū. et dabo eos in feruore vniuer-  
sis regnis terre ppter manassen filium  
esechie regis iuda super omnibz qz fecit  
in hierlm. Quis em̄ miserabit tui hie-  
rusalem. Aut quis contristabitur p te.  
Aut quis ibit ad rogandū pro pace tua  
Tu reliquisti me dicit dñs. retroſum  
abisti. Et extendā manū meā sup te. et  
interficiā te. Laboravi rogās. Et disper-  
gam eos vnt ilabro in portis terre. In  
terfeci et dispididi pp̄lm meū et tū a vīs  
suis nō sunt reuersi. multiplicate sunt  
mihi vidue eius super arenam maris.

**I**nduxi eis super matrem adolescentis  
vastatores meridie, nisi super ciuitates  
repente terrorem. Infirmata est que per  
terit septem, defecit anima eius. Occis  
dit ei sol cum adhuc esset dies, consula  
est et erubuit. Et residuos eius in gla  
dium dabo in conspectu inimicorum me  
orum. ait dominus. **V**e mihi m<sup>isericordia</sup> mea  
**Q**uare genuisti me virum rixae, vi<sup>ta</sup> di  
scordie in vniuersa terra. **N**ō fenerauit  
nec fenerauit mihi quisquam. Omnes ma  
ledicunt mihi dicit dominus. **S**i nō reliqe  
tue i<sup>n</sup> bonū, si nō occurrerit tibi i<sup>n</sup> tpe af  
flictionis et in tpe tribulationis aduer  
sum inimicū. **N**ūq<sup>d</sup> federabis ferrum ni  
ferro ab aquone et es. Divitias tuas et  
thesauros tuos in direptione dabo gra  
tis in oīb<sup>is</sup> petis tuis et in oīb<sup>is</sup> terminis  
tuis. Et adducā inimicos tuos de ter  
ra quā nescis. q<sup>uod</sup> ignis succēsus ē in su  
rōre meo et sup vos ardebit. Tu scis do  
mine, recordare mei et visita me. et tue  
re me ab his q<sup>uod</sup> psequuntur me. Noli in  
patia tua suscipe me. Scito q<sup>m</sup> si sus  
nui p te obprobriū. Inuenti sunt ser  
mones tui et comedi eos. Et factū ē mi  
hi vībū tuū in gaudiū et i leticiā cordis  
mei, q<sup>m</sup> inuocatū ē nomē tuū sup me.  
d<sup>omi</sup>n<sup>s</sup> de exercituū. **N**ō sedi in cōcilio lus  
dentū, et gloriatus sum a facie manus  
tue. Solus sedebaz, q<sup>m</sup> amaritudine  
replesti me. Quare factus ē dolor me  
ppetuus. et plaga mea despabilis renuit  
curari. Facta ē mihi q<sup>uod</sup> mēdaciū aqua  
rū infideliz, propter hoc hec dicit dominus  
**S**i cōuerteris cōuertā te, et ante faciē  
meā stabis, et si sepaueris preciosum a  
vili, q<sup>uod</sup> os meuz eris. Convertetur ipi  
ad te, et tu nō cōuerteris ad eos. Et da  
bi te p<sup>ro</sup>plo huic i<sup>n</sup> my<sup>z</sup> ereū fortē, et bella  
būt aduersum te, et nō p<sup>ro</sup>ualebūt, q<sup>uod</sup> ego  
recū sum ut saluē te et eruā te dicit dominus  
Et liberalū te de manu pessimoz, et re  
dimā te de manu fortū.

XVI

**T**factus ē vībūm d<sup>omi</sup>nī ad me dī  
cens. **N**ō accipias vxorez, et nō  
erūt tibi filij et filie in loco isto.  
**Q**uia hec dicit dominus sup filios et filias q<sup>uod</sup>

generant in loco isto, et sup matres eoz  
que genuerūt eos, et sup p̄tes eorū te  
quoz stirpe sunt nati in terra hac. **M**or  
tibus egrotationū moriens. Non plan  
genſ et nō sepelient in sterquiliniū sup  
faciem terre erūt. Et gladio et fame co  
sument et erit cadauer eoz in escamyo,  
latilib<sup>us</sup> celi et besijs terre. **H**ec enim dicit  
d<sup>omi</sup>n<sup>s</sup>. Ne ingrediariis domū cōiuīj, ne  
q<sup>uod</sup> vadas ad plangendū, neq<sup>uod</sup> cōsoleris  
eos q<sup>uod</sup> abstuli pacem meā a pplo isto di  
cit dominus misericordiam et miserationes.  
Et morientur grandes, et parui in ter  
ra ista, non sepelient neq<sup>uod</sup> plāgenſ et nō  
se incidēt neq<sup>uod</sup> calvitium fieri p eis. Et  
nō frāgent inter eos lugenti panem ad  
cōsolandū sup mortuo et nō dabūt eis  
potū calicis ad p<sup>ro</sup>solandū sup patre suo  
et matre. Et domū cōiuīj non ingredi  
aris ut sedeas cū eis et p<sup>ro</sup>medas et bibas  
q<sup>uod</sup> hec dicit dominus exercituū deus israel.  
**E**cce ego auferā de loco isto in oculis ve  
stris et in die b<sup>ea</sup>tis vestris vocē gaudij et vo  
cem leticie, vocem sponsi et voce spōse.  
Et cū annūcianteris pplo huic oīa h<sup>ab</sup>a  
lēc, et dixerint tibi, q<sup>uod</sup> locutus est dominus  
sup nos omne malū grāde istud. Que  
nostra iniquitas, aut quod peccatū nos  
strū quod peccauimus d<sup>omi</sup>nō deo nō, di  
ces ad eos. **Q**uia dereliquerunt me p̄tes  
vīti ait dominus, et abierūt post deos alienos  
et seruierūt eis et adorauerūt eos et me  
dereliquerunt, et legē meā nō custodieb<sup>er</sup>t.  
**S**ed et vos peius opati estis neq<sup>uod</sup> p̄tes ve  
rti. Ecce cīm ambulat vīusquisq<sup>ue</sup> post  
prauitatem cordis sui mali, ut me nō  
audiat. Et cīcīa vos de terra hac in ter  
ram quā ignoratis vos et p̄tes vīti, et ser  
uetis ibi dīs alienis die ac nocte q<sup>uod</sup> nō  
dabunt robis reqem. Propterea ecce  
dies veniet dicit dominus, et nō diceat ultra.  
Vīuit dominus q<sup>uod</sup> eduxit filios isrl<sup>ite</sup> tra  
egi p<sup>ri</sup>ti, sed vīuit dominus q<sup>uod</sup> eduxit filios israel  
de terra aquilonis, et de vniuersis terris  
ad quas eieci eos, et reducā eos in ter  
ram suā quā dedi p̄ibī eorū. Ecce ego  
mittā p̄scatores multos dicit dominus.  
et p<sup>ro</sup>scabūtur eos. Et post hec mittaz eis

# Hieremias

multos venatores et venabunt eos de  
omni monte et de oī colle, et de cauernis  
petraz qz oculi mei sup om̄es vias eoz  
Nō sunt abscondite a facie mea, et non  
sunt occulta iniq̄ta eoz ab oculis meis  
Et reddam primū duplices iniquita-  
tes et peccata eoz, quia cōtaminauerūt  
terrā meā in morticinis idoloz suoz, et  
abominationib⁹ suis impleuerūt heres-  
ditatem meā. Dñe fortitudo mea et ro-  
bur meū, et refugū meū in die tribula-  
tionis. Ad te gētes veniet ab extremis  
terre et dicēt. Etere mēdaciuz possedēt  
p̄es n̄i, vanitatē q̄ eis nō p̄fuit. Nun  
qd faciet sibi hō deos, et ip̄i nō sunt dñi.  
Idcirco ecce ego ostendam eis p̄service  
hāc ostendam eis manū meā et virtutē  
meā et sciet qz nomē mihi dñs. XVII

Eccatū iuda scriptū ē stilo fer-  
reo in vngue adamatino exara-  
tum sup latitudinē cordis eoz  
et in cornib⁹ araz eoz. Cum recordati  
fuerint filii eoz araz suaz, et lucor⁹ suoz  
lignor⁹ frondentiu in montib⁹ excelsis,  
sacrificantes in agro fortitudinem  
tuam et oēs thesauros tuos in direptio-  
nem daly, excelsa tua ppter peccata in  
vniuersis finib⁹ tuis. Et relinquer⁹ so-  
la ab hereditate tua quā dedi tibi. et ser-  
uire te faciaz inimicis tuis in terra quā  
ignoras. Q̄si ignez succēdisti in furore  
meov̄q̄ i eternū ardebit. Hec dicit do-  
min⁹. Maledictus hō q̄ confidit in ho-  
mine, et ponit carnē brachiū suū, et a do-  
mino recedit cor ei⁹. Erit em̄ q̄ si miri-  
ce in deserto, et nō videbit cū venerit bo-  
nū, sed habitabit in siccitate in deserto  
in terra saluginis et inhabitabili. H̄i-  
dictus vir qui confidit in dño, et erit do-  
minus fiducia eius. Et erit quasi lignū  
qd trāplantat̄ sup aquas, qd ad humo-  
rem mittit radices suas, et nō timebit  
cū venerit estus. Et erit foliū eius viri  
de, et in tpe siccitat̄ nō erit sollicitum  
nec aliquādo desinet facere fructū, pra-  
uiū est cor homis et inscrutabile. Quis  
cognoscet illud. Ego dñs scrutās cor et  
probās renes, qui dō vnicuiq̄ iuxta vi-

am suam, et iurta fructū adiumentū  
suaz. Perdit̄ souit que nō p̄perit. Fe-  
cit diuicias et non in iudicio. In dimi-  
nio diez suoz terelinquet eas, et in no-  
uissimo suo erit insipiens. Soliū glo-  
rie altitudinis a principio, locus sancti  
ficationis nostre expectatio israel. Dñe  
om̄es qui te terelinquit confundētur  
recedentes a te in terra scriben̄t, qm̄ de  
reliquerūt vñā aquaz viventū dñm.  
Sana me dñe et sanabor, salutū me fac  
et saluus ero, qm̄ ilaus mea tu es. Ecce  
ip̄i dicūt ad me. Tibi est verbū dñi. Cle-  
niat. Et ego nō sum turbatus te pasto  
rem sequēs, et diem hois nō desiderau-  
tu scis. Qd egressuz eli de labris meis,  
rectum in conspectu tuo fuit. Non sis  
mibi tu fortitudini, spes mea tu in die  
afflictionis. Confundans qui me perse-  
quuntur et non cōfundar ego, pauēat illi  
et nō pauēa ego. Induc sup eos diē af-  
flictionis, et nō dupli cōtritione conte-  
re eos. Hec dicit dñs ad me, vade et sta  
in porta filior⁹ p̄pli mei p̄ quā ingrediū-  
tur reges iuda et egrediūtur, et in cūctis  
portis hierusalem, et dices ad eos. Au-  
dite verbum dñi reges iuda, et om̄is iu-  
da, cunctiq̄ habitatores hierusalem, q̄  
ingredimini per portas istas. Hec dicit  
dñs. Custodite aias v̄tas, et nolite por-  
tare pondera in die sabbati, nec infera-  
tis p̄ portas hierolm et nolite ejcere one-  
ra te tomib⁹ v̄ris in die sabbati, et om̄e  
opus non facietis. Sanctificate diem  
sabbati sicut p̄cepi p̄ib⁹ v̄ris. Et non  
audierunt nec inclinauerūt aurem suā  
sed indurauerunt ceruicem suaz ne au-  
diren̄t me, et ne acciperent disciplinam.  
Et erit si audierit̄ me dicit dñs, vt nō  
inferatis onera p̄ portas ciuitatis hui⁹  
in die sabbati, et si sanctificaueritis diez  
sabbati ne faciat̄ in eo om̄e opus, in-  
gredien̄t p̄ portas ciuitatis hui⁹, reges  
et principes sedentes super soliuiz dāvid  
et ascendentēs in currib⁹ et equis ipsi  
et principes eoz viri iuda et habitatores  
hierusalem, et habitabitur ciuitas hec ī  
sempiternū. Et venient de ciuitatibus

iuda in circuitu hierlm et de terra benia  
min et de capistris et de mortuis et ab  
austo portantes holocaustum et victimam  
et sacrificium et thus et inferent oblatorem  
in domum domini. Hinc nō audieritis me  
ut sacrificetis diem sabbati et ne porte  
tis onus et ne inferatis per portas hieru  
salē in die sabbati. succendā ignē in por  
tis eius et deyorabit domos hierusalem.  
et non extingue.

XVIII

Erbū quod factum est ad hie  
remiam a domino dices. Surge et  
descende in domum figuli. et ibi  
audies voba mea. Et descendit in domum  
figuli. et ecce ipse faciebat opus super rotā  
et dissipatum est vas quod ipse faciebat  
e luto manib⁹ suis. Conuersusq; fecit il  
lus vas alter⁹. sicut placuerat in oculis  
eius ut ficeret. Et factū est verbum do  
mini ad me dicens. Numquid sicut figu  
lus iste. non potero vobis facere domus  
israel aut dominus. Ecce sicut lutū in manu  
figuli. sic vos domus israel in manu mea  
Repente loquar aduersum gentē. et ad  
uersus regnum. ut eradicē et destruā et di  
sperdazz illud. Si penitentiā egerit gēs  
illa a malo suo quod locutus sum aduers  
sus eā. agam et ego penitentiā super malo  
quod cogitau⁹ ut facerez ei. et subito loqr  
te gente et regno ut edificem et plantez  
illud. Si fecerit malū in oculis meis ut  
nō audiat vocē meā. penitentiā agā super  
vno quod locutus sum ut ficerem ei.  
Num ergo dic viro iuda et habitatori hie  
rusalem dicens. Hec dicit dominus. Ecce ego  
fingo contra vos malū. et cogito contrarios  
cognitiones. Reuertat vniuersalē q; a via  
sua mala et dirigite vias vestras et studia  
vera. Qui dixerunt. Desperauimus. post  
cognitiones emū nreas ibimus et vnuis  
quisq; prauitatem cordis sui malisfacie  
mus. Ideo hec dicit dominus. Interrogate  
gentes. Quis audiuit talia horribilia.  
q; fecit nimis virgo israel. Numquid defici  
et de petra agri mix libani. aut euelli pñt  
aque erupentes frigide et defluentes. q; oblitus  
est mei populus meus frustra  
libantes et impingentes in vñs suis et

in semitis seculi. ut ambularent per eas  
in itinere non trito. ut fieret terra eorum  
in desolationem et in sibilum sempiter  
num. Omnis qui prefererit per eam. obstu  
pescet. et mouebit caput suum. Sicut ve  
tus vrens dispagam eos coram inimico  
dorsum et nō facie ostendā eis in die per  
ditionis eorum. Et dixerunt. Venite et co  
gitem⁹ contra hieremiam cogitationes. nō  
enī peribit lex a sacerdote neque consiliū  
a sapiente. nec sermo a propheta. Venite  
et percutiamus eum lingua. et non attenda  
mus ad vniuersos famulos eius. Attē  
de domine ad me. et audi vocē aduersariorū  
meorum. Nunquid reddeſ pro bono malū.  
q; foderūt fouē aīme mee. Recordare  
q; steterim in cōspectu tuo ut loquerer  
per eis bonū et auerterē indignationē tu  
am ab eis. Propterea da filios eorum in fa  
mē. et duc eos in manus gladij. Fiant  
vroxes eorum absq; liberis et vidue et viri  
earū interficiātur morte. iuuenes eorum  
confodiātur gladio in prelio. audiatur  
clamor de omnibus eorum. Adduces enī su  
per eos latronem repente. quia foderūt  
fouē am ut caperent me. et laqueos ab  
sconderunt pedib⁹ meis. Tu autē domine  
scis omne consiliū eorum aduersum me in  
mortem. Ne p̄petieris iniqtati eorum. et  
peccatum eorum a facie tua nō deleat. Fiant  
corruentes in conspectu. in tpe furoris  
tui abutere eis.

XIX

Hec dicit dominus. Glade et accipe la  
buncula figuli testeam a seniori  
rib⁹ populi et a seniorib⁹ sacerdo  
tū. et egredere ad vallem filij ennoniq;  
est iuxta introitum porte fictilis. et pre  
dicabis ibi verba que ego loquor ad te.  
et vices. Audite verbū domini reges iuda et  
habitatores hierlm. Hec dicit dominus  
exercitū deus israel. Ecce ego inducā  
afflictionē super locū istū. ita ut oīs qui  
audierit illam. tinniat aures eius eo q;  
dereliquerint me. et alienū fecerint lo  
cum istū et libauerint in eo dñs alienis  
quos nescierunt ipsi et p̄es eorum et reges  
iuda. et replenerunt locum istum san  
guine innocentum et edificauerūt excel

# Hieremias

sa baalim ad comburendos filios suos  
igni in holocaustū baalim. que non pre  
cepi. nec locutus sum nec ascenderunt  
in cor meū. Propterea ecce dies veni  
ent dicit dñs. et nō vocabis amplius lo  
cus iste tophet et vallis filij enon. sed  
vallis occisionis. Et dissipabo consiliū  
iuda et hierelm in loco isto. et subuertam  
eos gladio in aspectu inimicorum suorum. et  
in manu querentiā aias eorum. et dabo cada  
uera eorum escam volatilibi celi et bestiis  
terre et ponā civitatem hāc in stupore et  
in sibiliū. Omnis qui preterierit per eas  
obstupescet. et sibilabit supnūversa pla  
ga eius. Et cibabo eos carnibus filiis su  
orum. et carnibus filiis suis. et unusquisque  
carnes amici sui comedet in obsidione  
et in angustia in qua concludēt eos ini  
mici eorum et qui q̄rūt aias eorum. Et co  
teres lagunculā in oculis virorum qui ibūt  
tecum. et dices ad eos. Hec dicit dominus  
nus exercituū. Sicut conterā p̄plūm istūz  
et civitatē istam. sicut p̄terif vas fragili.  
quod non potest ultra instaurari. Et in  
tophet sepelientur. eo q̄ nō sit aliis los  
cūs ad sepeliendū. Sicut faciā loco huic  
ait dñs. et habitatorib⁹ eius ut ponā ci  
vitatē istā sicut tophet. Et erūt domus  
hierusalem et domus regū iuda sicut lo  
cus tophet immūde. omnes domus in q̄  
rū domatib⁹ sacrificauerūt omni militie  
celi. et libauerūt libamina dñs alienis.  
Clenit autē hieremias de tophet q̄ mise  
rat eū dñs ad p̄plexandū. et stetit ī atrio  
domus dñi. et dixit ad omnē populum.  
Hec dicit dñs exercituum deus israel.  
Ecce ego iudicam super civitatem hanc  
et super omnes urbes eius vniuersa mala  
q̄ locutus sum aduersum eam. quā in  
durauerunt ceruicem suam ut non au  
diren sermones meos.

XX

Audiuit phassur filii emmer  
e sacerdos q̄ p̄stitutus erat prin  
ceps in domo dñi hieremias p̄  
plexantē fīdes istos. Et p̄cessit phas  
sur hieremias p̄plexā. et misit eū in her  
uum qđ erat in porta beniamim supio  
ri in domo dñi. Cūq̄ illuxisset in crastī

nū. eduxit phassur hieremias de heruo et  
dixit ad eū hieremias. Non phassur ro  
cauit dñs nomē tuū sed pauroē vndiqz  
qđ hec dicit dñs. Ecce ego dabo te in pa  
uorem et omnes amicos tuos et corrūct  
gladio inimicorum suorum. et oculi tui vide  
būt. Et oēm iudā dabo in manu regis  
babylonis. et traducet eos in babylonē et  
percutiet eos gladio. Et dabo vniuersam  
substantiā ciuitatis huius et omnē labo  
rem eius omiqz preciū et cūctos thesau  
ros regū iuda dabo in manu inimicorum  
eorum et diripiēt eos et tolent. et ducent in  
babylonē. Tu autē phassur et omnes habi  
tatores domus tue ibitis in captivita  
tem et in babylonē venies et ibi morierē  
ibiqz sepelieris tu et oēs amici tui quib⁹  
ppixeristi mendaciū. Seduxisti me do  
mine et seductus sum. fortior me fuisti  
et inualuisisti. Fact⁹ sum in derisum tota  
die. Deus subsannabāt me qđ iā olim lo  
quor vociferās iniqtatē et vastitatē cla  
mito. Et factus ē mihi sermo dñi ī ob  
probriū. et in derisum tota die. Et dixi.  
Nō recordabor eius neqz loquar ultra ī  
noie illius. Et factus ē ī corde meo q̄ si  
ignis exestuās. claususqz in osib⁹ meis  
et defeci ferre nō sustinens. Audiui eī  
cōtumelias multoz et terrorē in cir  
cumitu. psequimini et psequamur eu⁹.  
ab oib⁹ viris q̄ erāt pacifici mei et custo  
dientes latus meū si quo modo decipi  
atur et pualeamus aduersus eū. et cōse  
quamur vltionem ex eo. Deus autē me  
cū est tanq̄ bellator fortis. idcirco qui p  
sequitur. me cadent et infirmi erunt et  
fundētur vhemēter. qđ non intellexe  
rūt obprobriū sempiternū qđ nūq̄ de  
lebit. Et tu dñe exercituū phator iusti  
q̄ vides renes et cor. videam q̄so vltio  
nem tuā ex eis. Libi eī reuelauī cām  
meā. Lācate dño. laudate dñm qđ libe  
ravit animā pauperis de manu malo  
rū. Maledicta dies in qua natus sum.  
Dies in qua peperit me m̄t mea. non fit  
benedicta. Maledictus vir qui annū  
ciavit patri meo dicens. natus est tibi  
puer masculus. et q̄si gaudio letificauit

eū. **S**it hō ille vt sunt ciuitates quas  
subuertit dñs i nō penituit eū. Audiat  
clamorē mane. et v̄lulatū in tpe meridi  
ano. q̄ non me interfecit a v̄lula vt fie  
ret mihi m̄t̄ mea sepulcrū. et v̄lula eius  
cōceptus eternus. **Q**uare de v̄lula e/  
gressus sum vt viderē latrē et dolore.  
et cōsumerētur in p̄fusione dies mei.

Erbū qđ factū ē ad **XXI**

v̄ hieremiam a dño. qñ misit ad  
eū rex sedechias phassur filiuꝝ

melchies et sophoniā filiuꝝ maasie sacer/  
dotē dicens. **I**nterroga p nobis dñm  
qz nabuchodonosor rex babilonis p̄liaſ  
aduersum nos. si forte faciat dñs nobis  
scū fm̄ oia mirabilia sua. et recedat a no  
bis. **E**t dixit hieremias ad eos. **S**ic di  
cetis sedechie. **H**ec dicit dñs deus isra  
el. Ecce ego cōuertā vasa belli q̄ in ma  
nib⁹ v̄tis sunt et qbus vos pugnatis ad  
uersum regē babilonis et chaldeos qui  
obsident vos in circuītu muroꝝ. et con  
gregabo ea in medio ciuitatis huius et  
te bellato ego vos in manu extenta et in  
brachio fortis et in surore et in indignatō  
ne et in ira grandi. et p̄cutiam habitato  
res ciuitatis huius. **H**oī es et bestie pe  
stilētia magna moriēt. Et post h̄ ait dō  
minus. dalo sedechiā regē iuda et suos  
eius et p̄plim eius et q̄ derelicti sunt in ci  
uitate hac a peste et gladio et fame in h̄ma  
nu nabuchodonosor regis babilonis et  
in manu inimicoꝝ eoz. et in manu que  
rentium q̄iam eoz. et p̄cutiet eos in ore  
gladij. et nō flecterē. nec pareat nec mise  
rebitur. **E**t ad p̄plim hūc dices. **H**ec di  
cit dñs deus. Ecce ego dō corā vobis vi  
am vite et viam mortis. Qui habitaue  
rit in vrbe hac. moriēt gladio et fame et  
peste q̄ aut egressus fuerit et transfuge  
rit ad chaldeos q̄ obsident vos. viuet et  
erit ei anima sua quasi spoliuz. **P**osui  
enī faciem meā sup ciuitatē hāc in ma  
lū et nō in bonū ait dñs. In manu res  
gio babilonis dabis. et exuret eam igni.  
**E**t domui regis iuda. Audite v̄buꝝ dñi  
domus dauid. **H**ec dicit dñs. Judicas  
te mane iudiciū. et eruite vi oppressum

te manu calūniantis. ne forte egredia  
tur vt ignis indignatio mea. et succeda  
tur et non sit q̄ extinguat propter malu  
tiā studior̄ v̄toꝝ. **E**cce ego ad te hīca  
trice vallis solide atq̄ cāpēstris ait dñs  
q̄ dicitis. q̄s p̄cutiet nos et quis ingre  
dīet domus n̄tas. **E**t visitabo sup vos  
iuxta fructū studiorū v̄toꝝ dicit dñs et  
succendam ignē in saltu eius et deuora  
bit oia in circumitu eius. **XXII**

**E**c dicit dñs. **D**escende in dō  
mū regis iuda. et loqueris ibi  
verbū hoc et dices. **A**udi verbū  
dñi rex iuda q̄ sedes sup solium dauid  
tu et serui tuū et p̄plū tuū q̄ ingredimi  
ni p̄ portas istas. **H**ec dicit dñs. **F**acite  
iudiciū et iusticiam et liberate vi oppres  
sum te manu calūniatoris. et aduenaz  
et pupillū et viduā nolite contristare ne  
q̄ opprimatis inq̄ et sanguinem inno  
centem ne effundatis in loco isto. **S**i  
enī facientis feceritis verbū istud igre  
dient. p̄ portas domus huius reges se  
dentes de genere dauid sup thronum  
eius. et aſcedentes currus et equos ipi et  
serui et p̄plū eoz. q̄ si nō audieritis vec  
ba hec. in memetipso iuraui dicit dñs.  
qz in solitudinē erit domus hec. **Q**uia  
hec dicit dñs sup domū regis iuda. Ga  
laad tu mihi caput libani. **S**i nō posue  
ro te solitudinem. vrbes inhabitabiles  
**E**t sanctificabo sup te interficientē vi  
rum et arma eius. et succident electas ce  
dros tuas et precipitabit in ignē. et per  
transfibit gentes multe p̄ ciuitatē hāc  
et dicet vnuquisq; primo suo. **Q**uare  
fecit dñs sic ciuitati huic grandi. **E**t re  
spondebunt. Eo q̄ dereliq̄int pactum  
domini dei sui. et adorauerint deos alien  
os et seruierint eis. Nolite flere mor  
tuū. neq; lugeatis sup eum fletu. **P**laſ  
gite eū qui egredit̄. quia non reuerte  
tur v̄ltra. nec videbit terrā nativitatis  
sue. **Q**uia hec dicit dñs ad sellū filium  
iosie regem iuda qui regnauit pro iofia  
patre suo qui egressus est de loco isto.  
Non reuertetur huc amplius sed in los  
co ad quem trāstuli cum ibi morietur

# Hieremias

7 terram istam non videbit amplius. **T**el qui edificat domum suam in iusticia; 7 cena cula sua non in iudicio. Amicū suū oppri met frusta. 7 mercedem non reddet ei. Qui dicit edificalo mihi domum lat am. 7 cenacula spacioa q̄ apit sibi fenestras 7 facit laquearia cedrina, pingitq; sino pide. Nunquid regnabis. qm̄ confereas te cedro. **P**ater tuus nunquid non co medit 7 bibit 7 fecit iudicium 7 iusticiam tunc cū bñ erit ei. Judicavit cām pauperis et egeni in bonū suū. Nunquid nō ideo qz cognouit me dicit dñs. **T**ui oculi 7 cor ad auaritiam 7 ad sanguinem innocentē fundendū 7 ad caluniam et cursum mali opis. **D**ropterea hec dicit dñs ad ioachim filium ioseph regem iuda Non plangent eum 7 frater 7 soror non concrepabunt ei 7 dñe 7 incite. **S**epultura asini sepelief, putrefactus 7 projectus extra portas hierusalē. ascē de libanū 7 clama et in basan va vocem tuā 7 clama ad transeuntes, quia cōtri ti sunt omnes amatores tui. **L**ocutus sum ad te in abundantia tua dixisti, nō audiā. **H**ec est via tua ab adolescentia tua qz nō audisti vocē meā. **O**mnes pastores tuos pascet ventus. 7 amatores tui in captiuitate ibunt. **E**t tūc cōfunderis 7 erubesces ab oī malicia tua, que sedes in libano et nidificas in cedris. Quō cōgemuisti cū renissent tibi dolores q̄si dolores pturiētis. **G**ladio ego dicit dñs, qz si fuerit iechonias filius ioachim regis iuda anulus in manu dextera mea, inde euellam eum. **E**t dabo te in manu querentiū animā tuā. 7 in manu quo rū tu formidas facie. 7 in manu nabuchodonosor regis babilonis, et in manu chaldeoz. **E**t mittā te 7 matres tuam que genuit te in terrā alienā, in qua nati nō es sis. ibiq; moriemini. **E**t in terrā ad quā ipi leuant animā suam vt reuertant illuc, et non reuertentur. Nunquid vas fictile atq; cōtritum vir iste iechonias. Nunquid vas absq; oī voluptate. **Q**uare abiecti sunt ipi 7 semē eius et piecti in terrā quā ignorauerū

Terra terra terra audi sermonem dñi. **H**ec dicit dñs. scribe virū istū sterilem virum qui in diebus suis non prosperabif. **N**ec enim erit te semine eius vir q̄ sedes at super solium dauid, 7 potestatem has beat yltra in iuda.

XXIII

**E**pastorib; qui disp̄gunt 7 dilacerāt gregē pastue mee dicit dñs. **I**deo hec dicit dñs de? israel ad pastores q̄ pascūt p̄plū meum. **C**los disp̄sistis gregē meum 7 eiecistis eos 7 nō visitatis eos. **E**cce ego visita lo sup̄ vos maliciā studioꝝ v̄toꝝ ait dominus. **E**t ego p̄gregab⁹ reliquias gregis mei deomib; terris ad quas eiecero eos illic et conuertā eos ad rura sua et crescer̄t 7 multiplicabuntur. 7 suscitoꝝ sup̄ eos pastores 7 pascet eos. **N**on formidabunt yltra 7 nō pauebūt et nullus queret ex numero dicit dñs. **E**cce dies veniūt dicit dñs, 7 suscitoꝝ dauid gerimen iustuz 7 regnabit rex et sapiēs erit 7 faciet iudicium et iusticiam in terra. **I**n diebus illis saluabitur iuda, 7 israel habitabit cōfidenter. **E**t hoc ē nomē qd̄ vocabūt eū, dñs iustus noster. **D**rop̄ter hoc ecce dies veniunt dicit dñs, et non dicent yltra viuit dñs q̄ eduxit filios israel de terra egip̄ti, sed viuit dñs q̄ eduxit et adduxit semē domus isrl de terra aquilonis 7 de cūctis terris ad q̄s eiceram eos illic, 7 habitabunt in terra sua. **A**d p̄phetas. **C**ōtritū ē cor meū in medio mei, cōtremuerūt omnia ossa mea. **F**actus sum quasi vir ebrius, 7 q̄ si homo madidus avino, a facie domini 7 a facie verborum sanctoruz eius quia adulterijs repleta est terra, quia a facie maledictionis luxit terra, a refacta suns arua deserti. **F**actus est cursus eoz malus, 7 fortitudo eoz dissimilis. **D**rop̄eta nāq; 7 sacerdos polluti sunt, 7 in domo mea inueni malū eoz ait dñs. **I**d circo via eoz erit quasi lubricū in tenebris, impellētur eñ 7 corrueat in ea. **A**fforam eñ sup̄ eos mala, annū visitatio nis eoz ait dñs. **E**t i prophet; samarie vidi satuitatem, 7 p̄phetabāt in baal, et

decipiebat p̄p̄lm meū israel. Et in pro-  
phetis h̄ierlm vidi similitudinem adul-  
terantū et iter mendacij. Et conforta-  
uerunt manus pessimor. ut nō conuer-  
teretur vnuſquisq; a malicia sua. Faci i  
sunt mihi oēs vt lodoma. et habitato-  
res eius quasi gomorra. propterea h̄ec  
dicit dñs exercituſ ad pphetas. Ecce  
ego cibab̄ eos abſinthio. et potab̄ eos  
seille. A pphetaſ em̄ h̄ierlm egressa est  
pollutio ſup omnē terrā. H̄ec dicit dñs  
exercituū. Nolite audire verba ppheta-  
rū q; pphetat̄ vobis vt decipiāt̄ vos. vi-  
fione cordis ſui loquūtur nō de ore do-  
mini. Dicūt̄ his q; blaſphemāt̄ me locu-  
tus ē dñs. pat etit̄ vob. et oīb̄ q; abulāt̄  
in prauitate cordis ſui dixerūt̄. Non ve-  
niat ſup vos malū. Quis em̄ affuit in  
cōſilio dñi et vidit̄ et audiuit ſermonem  
eius. Quis cōſiderauit verbū illius et  
audiuit̄. Ecce turbo dñice indignatiōis  
egredieſ. et tempeſtaſ erūpens ſuper ca-  
put impior̄ vniat̄. Non reuertet furor  
dñi vſq; dñ faciat. et vſq; dñ cōpleat co-  
gitationē cordis ſui. In nouiſſimis di-  
ebus intelligeriſ cōſiliū eius. Nō mit-  
tebam pphetaſ. et ipi currebat̄. et nō lo-  
quebar ad eos. et ipi pphetabat̄. Si ſte-  
tiffent in cōſilio meo et nota feciffent  
verba mea p̄plo meo. auertiffent vtiq;  
eos a via ſua mala et cogitationib; ſuis  
pessimis. Mutas ne deus e vicino ego  
sum dicit dñs et nō deus delonge. Si oc-  
cultabis viri abſconditis. et ego nō vide-  
bo eū dicit dñs. Nūqd nō celū et terraſ  
ego implebo dicit dñs. Audiui q; dixerūt  
pphete pphetātes in nomine meo mē-  
daciū atq; dicētes. Somniaui. somni-  
auit. Cisq; quo iſtud eſt in corde prophe-  
taꝝ vaticinantiū mēdaciū. et pphetaſ  
tiū ſeductiones cordis ſui. Qui volūt  
facere vt obliuſcat̄ p̄p̄ls meus nomis  
mei. ppter ſomnia eoz q; narrat̄ vnuſ,  
quiſq; ad p̄p̄m ſuū. ſicut obliiſti ſunt  
p̄p̄s eoz nomis mei. ppter baal. Pro-  
pheta q; habet ſomniū narret ſomniū.  
et habet ſmonē meū. loqt̄ur ſmonē me-  
um p̄p̄e. Quid paleis ad triticū dicit

dñs. Nūqd nō vba mea ſunt q;ſi ignis  
dicit dñs. et q;ſi malleus cōterēs petra.   
Propterea ecce ego ad pphetas ait do-  
minus q; furantur vba mea vnuſq; a  
primo ſuo. Ecce ego ad pphetas ait do-  
minus q; affumūt linguas ſuas. et aūt̄  
dicit dñs. Ecce ego ad pphetas ſomni-  
antes mēdaciū dicit dñs q; nartauerūt  
ea et ſeduxerūt p̄p̄lm meū in mendacio  
ſuo. et i miraculis ſuis cū ego nō misiſ  
ſem eos. nec mādaffem eis. q; nihil p̄p̄  
fuerūt p̄plo huic dicit dñs. Si igiſ int̄  
rogauerit te p̄p̄ls iſte vel ppheta aut fa-  
cerdos dicens qđ ē onus dñi. dices ad  
eos. vos eſtis on? M̄roijciām q; ppe vos  
dicit dñs. Et ppheta et ſacerdos et p̄p̄ls  
q; dicit onus dñi. viſitalo ſup virū illū  
et ſup domū eius. H̄ec dicetis vnuſq; ſ  
q; ad p̄p̄m et ad ſrēm ſuū. Quid rñdit  
dñs et qđ locutus eſt dñs. Et onus dñi  
vitra nō memorabit̄. q; onus erit vniſ  
cuiq; ſmo ſuus. Et pueriſtis vba tei  
piuentis dñi exercituū tei nī. H̄ec di-  
ces ad ppheta. Quid rñdit tibi dñs. et  
qđ locut? ē dñs. Si aut̄ on? dñi dixerit  
eis ppter h̄ec dicit dñs. q; dixiſtis ſmo  
nē iſtū onus dñi. et misi ad vos dicens.  
Nolite dicere onus dñi. ppter ea ecce  
ego tollā vos portās. et derelinquāt̄ vos et  
ciuitatē quā dedi vob et pſib; vniſ a fa-  
cie mea. et valo vos in obprobriū ſem-  
piternū. et in ignominia eternā q; nūq;  
obliuione delebitur.

### XXIII

Stendit m̄ hi dñs. et ecce duo  
o calathi pleni ſicus poſiti aī ſe-  
plū domini poſtq; trāſtulit na-  
bucidoноſor rex babilonis ieconiam  
ſiliū ioachim regē iuda. et principes ei?  
et fabrum et inclusorem de hierusalem et  
adduxit eos in babylonem. Calathus  
vnuſ ſicus lonas habebat nimis vt ſo-  
lent ſicus eſſe primi temporis. Et cala-  
thus vnuſ ſicus habebat malas nimis  
que comedи non poterant. eo q; eſſent  
male et dixit dominus ad me. Quid tu  
vides hieremia. Et dixi. ſicus lonas:  
lonas valde et malas. malas valde que  
comedи non poſſunt. eo q; ſint male.

# Hieremias

Et factum est verbū dñi ad me dices.  
Hec dicit dñs deus israel. Sicut fucus  
he bone sic cognoscā trās migrationem  
iuda quā emisi de loco isto i terrā chal-  
deorū in Ioniū. et ponā oculos meos sup  
eos ad placandū. Et reducā eos in frā  
hanc. et edificab̄ eos et nō testruam. et  
plantabo eos et nō euellā et valbo eis cor  
vt sciant me qz ego sum dñs. Et erūt  
mibi in populi. et ego ero eis in deu; qz  
reuerent ad me in toro corde suo. Et  
sicut fucus pessime qz comedī nō pñt eo  
qz sint male. hec dicit dñs. sic dalo sede  
chiam regē iuda et principes eius et reli  
quos de hierlm qz remāserūt i vrbe hac  
et qz habitat in terra egypti. Et dalo eos  
in vexationem afflictionemqz omnibz  
regnis terre. in obprobriū et in pavlā et  
in proverbiū et in maledictionem i vni  
uersis locis ad quē eieci eos. et mittam  
in eis gladium et famem et pestez donec  
consumantur de terra quam dedi eis et  
patribz eoz.

XXV

Erbū qd̄ factū ē ad hieremiaz

v de oī pplo iude in anno qrto io  
achim filij iosie regis iuda ipse  
est annus primus nabuchodonosor re  
gis babylonis. Et locutus est hieremias  
propheta ad oēm pp̄lm iuda. et ad vni  
uersos habitatores hierlm dices. A ter  
ciodecimo anno iosie filij ammō regis  
iuda vsc̄ ad diem hanc. ipē est tertius  
et vice simus annus. factum est verbuz  
dñi ad me. et locutus sum ad vos de no  
cte asurgēs et loquēs. et non audistis. et  
misit dñs ad vos oēs seruos suos proph  
etas asurgēs dñluculo mittēs qz et nō  
audistis. neqz inclinastis aures vestras  
vt audiret; cū diceret. reuertim̄ vnus;  
quisqz a via sua mala. et a pessimis cogi  
tationibz vris. et habitabitis in tra quā  
redit dñs robis et patribz vestris a secul  
lo et vsc̄ in seculū. Et nolite ire post te  
os alienos vt seruiatis eis adoretisqz  
eos neqz me iracūdiā prouocetis i ope  
ribus manū vray. et non affligam vos  
Et nō audistis me dicit dñs. vt me ad  
iracūdiā prouocaretis in operibz ma

nuū vray in malū vestrum. Propterea  
hec dicit dñs exercituū. Pro eo qz non  
audistis verba mea. ecce ego mittam et  
assumā vniuersas cognatōnes aq̄lonis  
ait dñs. et nabuchodonosor regem ba  
bilonis seruū meū. et adducā eos super  
terrā istā et sup habitatores eius et sup  
oēs natōnes qz in circumitu illius sunt  
et interficiā eos et ponam eos in stupore  
et in sibilum et in solitudines sempiter  
nas. Herdamqz ex eis vocem gaudi et  
vocem leticie. vocem sponsi et vocē spon  
se vocē mole et lumē lucerne. Et erit v  
niuersa terra eius in solitudinē et in stu  
porem. et seruient om̄es gētes iste regi  
babylonis septuaginta annis. Cūqz im  
pleti fuerint septuaginta anni. visitabo  
sup regem babylonis et sup gentem illā  
dicit dñs iniquitatem eoz et sup terraz  
chaldeorū et ponā illam in solitudines  
semp iter nas. Et adducā sup terrā illā  
oīa vba mea qz locutus sum contra eā.  
om̄e qd̄ scriptū est in libro isto quecum  
qz prophetauit hieremias aduersuz oēs  
gentes. qz seruierūt eis cū essent gētes  
multe et reges magni. Et reddā eis fm  
opa eoz. et fm facta manū suaz. quia  
